

Jahrgeschichten der Franciscaner in Baden.

633

raculis admodum illustris, quae in ecclesia hujus monasterii humata, cum ducentos ac triginta annos quievisset, aliis quoque precum suarum interventu a morbis et doloribus quietem frequenter impertiens tandem. 6. die Maii 1631. de licentia Raymundi Scoti, nuntii apostolici Luzernensis, aperto tumulo a patre Joanne Ludovico a Musis provinciali studiosa pietate quaesita reperta et exhumata fuit, ossa ejus integra, decora, et e sepulchro certis anni temporibus fragrantissimum odorem exhalantia in debitam venerationem arculae a querno ligno fabrefactae inclusa eodemque loco fornice modica, in humilis cryptae formam exstructa, postero die honorificentius recondita, beneficiorum miraculis sui admirationem cultumque propagare perseverant. Actum ut supra Urbano VIII. pontifice maximo et Ferdinando II. Rom. imperatore, patre magistro Felice generali, pater Joannes Ludovicus a Musis.

L. S. Frater Petrus Martini prosecret.

1760. In cineres redactum fuit totum monasterium horribili incendio ex incuria excitato a quadam juvenula domicella Maria Magdalena de Danketsweyl.

Anno 1667. pro reparatione dedit 300. fl. eadem.¹ Incendii hora et momento videbant moniales et vicini, qui suppetias ferendi causa occurrerant, peregrinam quandam et hactenus nunquam visam sororem habitu religionis solito indutam in ecclesia ante majus altare erectis manibus orantem, quae cum a concurrentium hominum multitudine admoneretur per validum clamorem, ut fieri alioquin solet, jam non esse tempus orandi sed flammam sopiendi, et propius eam accedendo disparuit haec visio in momento, quae omnium opinione erat beata Elza, orans, ne et ecclesia, quae intacta remanserat, consumeretur.

Hausach. Fratrum. ad s. Sixtum in valle Kenziana, ^a in dioecesi Constantiensi et in custod. Lacus. p. 175.

1475. Hoc monasteriolum prope sacellum s. Sixti donatum fuit nobis a comite de Fürstenberg, ordinique et provinciae hoc anno incorporatum auctoritate apostolica in capitulo generali, celebrato Urbini, ad instantiam et sollicitationem fratris Georgii Summer s. theologiae doct. et lect. Argent. ac custodis Alsaciae.

1530. Ruinosum et a fratribus derelictum fuit, venditum comitibus de Fürstenberg pro 300 fl., plura bona

et redditus possidet ecclesia Wolffacensis, in capitalibus circiter 1700 fl. in obligationibus.

1625. 28. Maij. Illic conventus a Vratislao comite de Fürstenberg equite velleris aurei etc. iterum promissus fuit restitui provinciae, ab eodem principe prius restauratus et pro certo fratrum numero dotatus. Praesentes erant pater provincialis Hugolinus Kneiff, Joannes Leimbach secret., Christophorus Ebert guard. Lucern. et plures saeculares, et ecce hucusque expectativimus. Vid. prot. 4. fol. N. 254. Heitersheimensi ordinis equestri s. Joannis Jerosolomitani per Alemanniam supremo magistro Joanni Friderico Hund de Saulheim primum ponente ¹ lapidem ecclesiae construendae cum adjuncto monasterio.

1619. 14. Maij. Praedictus princeps ecclesiam et monasterium propriis sumptibus, non autem ordinis sui, aedificatum gratiose donavit ordini nostro provinciae Argentinensis.

1619. 1. Septemb. fundavit et dotavit monasterium pro 6 personis, ut eis annuatim pendantur 600 fl., additis punctis quibusdam obligatoriis.

1617. In Jun. obtinuit princeps ab ordine suo (licentiam ²) hoc monasterium fundandi.

1620. Concessit fundator conventui parochiam in Esbach administrandam.

1634. 5. Feb. concessit eidem parochiam Heitersheimii landgrafius Hassiae, princeps Heitersheimii, concessit etiam parochiam in Schlatt et hanc concessionem cum omnibus pertinentiis iterum ratificavit datis litteris cum sigillo. 1661. 27. Apr.

1661. 6. Jun. fundavit dominus cardinalis in sacello aulico tres missas hebdomadalem legendas; ex hac fundatione et omnibus parochiis percipit conventus 238 fl. 12 Bg. Früchte 1250. Muth, 40 Saum Wein, der kleine Zehnten et jura stolae. capitalia habet conventus specialia ex se 2311 fl. 13 Bg.

Hermansberga. Soror. Tertiar. in dioecesi Constantiensi et in custodia Lacus. p. 187.^a

1398. 25. Febr. Egenoldus (vulgo Egloff) de Breitenlandenberg, alii hodie vocant Landenberg; et uxor ejus Verena de Klingenberg ac filius Albertus de Landenberg aedificarunt hoc in loco duas domos easque fundarunt pro quibusdam virginibus devote sub nulla

¹ ponendi, fl. ² febli.

^a Hermansberga bei dem Weiler Heiligenfels, gehört zur Gemeinde Hattenweiler und zum Amte Heberlingen.

¹ die Sj. hat eadem incendii.

^a Kitzingthal.